

Fabariense¹⁾ cenobium, quod in tua parrochia situm est, audivimus a Basiliense episcopo vel emptione vel commutatione inlicite occupatum. Tue igitur dilectioni presentia scripta mittentes precipimus ut huic presumptioni pro tue²⁾ facultatis modo studeas obviare. Non enim episcoporum alicui iuxta canones licet alienam parochiam invadere vel ecclesiae sue predium alienare. Tu autem, venerabilis frater, commissas tibi ecclesias tueri non desinas, sed tamquam bonus pastor gregis dominici ovibus vigilanter inmineas et ecclesie tue iura prout potueris inviolata conserva. Data Laterani XVI kalendas Maii.

17.

Papst Paschal II. schreibt dem Decan und den Canonikern von Augsburg, dass er das Urtheil über ihren Bischof Hermann dem Bischof Wido von Chur zugewiesen habe. (1117) April 1. Benevent. Jaffé, Regesta 4835³⁾.

Pascalis episcopus servus servorum dei dilectis filiis⁴⁾ decano et ceteris Augustensis ecclesie canonicis salutem et apostolicam benedictionem.

Diu est, quod frater noster He(rimannus), episcopus vester de tribus apud nos fuit⁵⁾ capitulis impetitus, de pravo videlicet electionis et consecrationis accessu, de conversatione perversa et de rerum ecclesiasticarum distractione, pro quibus, ipso ab episcopali officio suspenso, terminus constitutus est, quo pars utraque ante nostram deberet⁶⁾ presentiam convenire, intra⁷⁾ quem nimirum terminum confrater vester et concanicus Chönradius⁸⁾ ad nos venit, et sicut ipse asserit a nobis accepit, quod episcopus liber esset, nisi illi constituto termino convenirent. Cum itaque nuper ante nos et de quibusdam aliis gravibus idem diffamaretur episcopus, cum his ad memoriam nostram etiam illa preterita redierunt. Unde oportunum duximus causam ipsius⁹⁾, ne diucius ecclesie detrimentum

rich V. dem Bisthum Basel die Abtei, für welche er das Schloss Raboldstein im Elsass eintauscht. Stumpf 3106. Unter den Intervenienten ist auch Wido von Chur. Am 29. Januar 1116 befreit Paschal II. die Abtei Pfäfers von der Jurisdiction des Bischofs von Basel. Jaffé 4803. Trouillat, Monuments de Bâle I, 233 u. 237. 8) episcopus fehlt Hs. 1) Tambariense Hs. 2) tuo Hs. 3) Dieser Brief, welchen Uodalscalcus de Eginone et Herimanno cap. 14 sqq. als erschlichen bezeichnet, und den Baronius a. 1112, n. 25 für eine Fälschung des Canonicus Conrad erklärt, erweist sich durch unsere Sammlung, besonders durch die Stücke 18 und 19 als durchaus authentisch. Auch Jaffé hält ihn für ächt. Gedruckt: bei Canisius, Lect. ant. II, 217, Baronius, Annal. eccl. a. a. O., Mansi, Conciliorum collectio XX, 1009 und MG. SS. XII, p. 440. 4) Uodalscalcus fügt hinzu D. 5) so Uodalsc. 'fuit' fehlt Hs. 6) so Uodalsc. debet Hs. 7) Uodalsc. infra. 8) Uodalsc. Conradus. 9) ipsam Hs.